

**Summa utriusque iuris doctoris Raymundi w edycji Commune Incliti Poloniae regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque.**

Starodruk, Biblioteka Jagiellońska, St. Dr. Cim. 8002

Odczyt: Kamil Sorka

Księga 2, rozdział 61, fol. XXIIIv

**Executio testamenti. Capitulum. LXI.**

Testamentum debent executores perficere infra annum unum, nisi legitima causa subsit et impediat. Quod si non fecerint a iudice admoniti, si heredes sunt executores, perdunt hereditatem, si legatarii, perdunt legata, si extranei, omnia damna ex ista negligentia vel dilationem suborta persolvent. Si vero executores legata consumpserint, reddent quadruplum et si reddere non habent, infamentur vel carceri perpetuo intrudentur. Si vero heredes nolunt se de executione intromittere nec hereditatem parentum adire, tunc licet commissariis vel legatariis vel fisco se intromittere sic, ut testamentum defuncti per omnia perficiatur. Et propterea ad tot et tantas devenit successiones, ne pereat ultima voluntas testatoris.

[hasła: testament, wykonawca testamentu, dziedzic, legatariusz, dziedzic zewnętrzny, heres extraneus, legat, infamia, kara więzienia, nabycie spadku, zarządca, skarb państwa, wola testatora]